

quod idem Xenocrates tradit torrentibus  
sæpe deportari. Sudines uero negat nisi  
ad meridiem spectantibus locis nasci. Quod  
certum est, non enim reperitur in aquosis,  
quamquam in regione prægelida, uel si ad  
uada usque glaciuntur amnes, Cælesti humo  
re paruaque niue id fieri necesse est. ideo calo  
ris impatiens, nisi in frigido potu abdicatur

*κρυσταλλο*

Quare sexangulis nascatur lateribus, non  
facile ratio inueniri potest, eo magis quod neque  
mucronibus eadem species est, & ita abso  
lutus est laterum leuor, ut nulla id arte pos  
sit æquari. Magnitudo amplissima adhuc  
uisa nobis erat, quam in capitolio Liuia

**Liua Au.**

augusta dicauerat, librarum circiter. 50. idem  
Xenocrates auctor est, uas amphorale uis  
sum. Et aliqui ex India crystallum sextario  
rum quattuor. Nos liquido affirmare pos  
sumus in cauitibus alpium nasci, adeo inuis  
ut plerumque fune pendentes eam extrahant  
Peritis signa & indicia nota sunt. In festant  
plurimis uitijs, scabro, ferrugine, maculosa  
nube, occulta aliquando uomica, præduro  
fragilique centro, & sale appellato. Est & ruf  
sa aliquibus rubigo. Alijs capillamentum  
rimæ simile. Hoc artifices litura occul  
tant. Quæ uero sine uitio sunt, puras esse  
se malunt. Acenteta appellantes, nec spurs  
mei